

paratos sine dubio inveniunt conjuncta vestra Majestas.
Difidit vestro sub. diu. Sedana Synagoga triumphat.
Et compositis series tandem Ecclesie pacifica fructum
illis numeris potam. Ego mihi inq. servorum Dei annos
jam pariter non sine dolore et labore certamina
vestra vultu minime studui. Per totam extenuam
tandem hunc adidiconatum: cui si Dominus e caelo
devenit amment, gloria regens Domino erit,
fructus inestimabiles Ecclesie cedent, gratia immorta-
lis salute Majestati beatorum. His Majestatem Tasm,
Rex inq. divina clementia in multis annos taen-
dam, augendarum, suppliciter commendo. Eandem ve-
ro, quod in ista die factum oportuit, ut studiis
et auspiciis hanc meam seram fructu accipiat, humi-
liter oro. Heilbronge 12. April. Jul. 1614.

Ad fratres Ungaros

Quibus gratiam et pacem à Domino precatur
David Pareus.

Tris fuerant in literis D. Lucae Hodazij propria
manu ad me scriptis de quibus Domini fratres re-
sponsum à me petunt. I. De forma oeconomica
Ecclesiastica orbis et cetera. II. De turbatore quodam
tribus criminacionibus appropinquante ordinem ve-
strum. III. De factis Synodi, quae abvespus Turba-
torem post omnia Principis operam imploravit.
De singulis breviter sic est sententia mea.

I. Formam gubernationis et discipline Ecclesiasticae
ad me misit D. Hodazius typis excusam. Sic est li-
bera, ut politicae et Magistratus nonbiquam vobis interce-
dat. Dunc vobis gratulor, quod talem à majoribus acci-
peritis, qualem hoc distorto seculo institueri vix possitis.
Similis fuit oeconomia Ecclesie Apostolicae et subsequenter,
quandiu Christianis imperatoribus curavit. Simili usantur
Ecclesie in Polonia et Gallia, ubi cum sint cunctis pervastissi-
ma regna hinc inde haesi, non possent in unitate et officio

contineri et propagari, nisi vinculo auctoritatis ac meriti
ecclesiasticae disciplinae colligaretur. Est quidem veritas,
Fides et cura externa ecclesiastica jure divino Regibus
et Principibus suis imposita, ut videtur Levit. 24. Deuter.
17. 19. Rom. 13. 4. De quem locum ea questio adversus Staple,
bonum Commentario meo perspicue est ventilata. Atque
eo jure facti Principes nostri Protestantes in Imperio
vires Ecclesiarum suas a idolomania et tyrannide Pontificis
via repurgaverunt. Deficientibus vero, vel cessantibus
illis, ipsa Ecclesia sine Rege vel Cesare non debet in
faciendo Præceptis: Deote omnes gentes et
et Apostoli: Omnia decenter et ordine sunt in
vestra igitur Regna, parva dolon, Turcicis vastatis,
omnibus misere perturbatis, cum qui debent et potest
vobis (sed non velle, qui velle non possunt) proceras Evangelicis
non possunt prestare vobis patrocinium, à Deo
sibi impositum, necessario usque cum disciplina
rationem iniustis, quam et Apostolica Ecclesia
comprobavit consuetudo, et absque qua cætos vestri
per varias Regni partes in media quasi liquorum
dispersi in unum corpus coalescere nunquam poterunt
sunt. Tenete igitur firmiter ac reverenter, quod
habetis, neque ambitione aut potestate vobis iniquam
ordinem vobis perturbari sinite. Unde dissipatio
Ecclesiarum vestrarum necessario sequeretur. Hoc
solum monebo, Fratres libellum de Breuini 1591. ex
sum de disciplina ecclesiastica cum articulis de
Breuini 1597. conclusis, inter legendum mihi vigila
scatere non paucis mendis graphicis, cum primis in
Scriptura allegatis. Non dubium vero, multa pro tem
poris illius ratione scripta nunc posse commodiore or
dine et modo explicari, quoddam denique superflua, qua
dam addi ex occasionibus natis, si fieret recognitio.
Possent igitur synodis delectis aliquot fratribus rei eccle
siastica peritioribus, recognitionis negotium dare,
qui de

230
qui de singulis ad synodum postea referrent; de cujus
sancione sententia sum Catechesos et doctrina, tam
gubernationis et disciplina Ecclesiastica. brevis for-
mula, cui tam eis, quam Tybiscana Ecclesia confor-
mitatis causa subscriberent, definiretur, eaq;
certis distincta titulis, procedendo à generalibus
ad particularia officia, prout vestra fraternitas
optimè noverit. Typographica opera si vobis decrit,
à vestris, qui nobiscum sunt, sic rectè curabuntur.

II. Alterum caput erat de articulis à Turbatore
objectis, precipue tribus. I. Quod superatendentem
inter vos agnoscat, et sic Papalem tyrannidem re-
stituatur. II. Quod tribuendo ei potestatem, carere
detinendi, vinculis adstringendi, aut multa pecu-
niaria puniendi Pastores delinquentes, potestate Ecle-
siastica abutimini. III. Quod Ministerii Candidatas ante
impositionem manuum ad capita quoddam iurejurando
constringatur. De his vero singulis ita responsum esse
in Conventa Varadiensi idem Dominus Hodazius
ostendit, ut ad primum et tertium non habuerit
ipse Turbator, quod regeret, in secundo apertam
calumniam Hodazio factam esse agnoscere. Condit
fuerit, vobisq; certis conditionibus reconciliatus fuerit,
hinc paulo post à consuetas criminationes, ut canis
ad vomitum, majore cum furore redierit, quod
hominem desultoria levitatis, deplorataq; malitia
arguit. Quantum ad me, etsi defensioni et actioni
vestre facile subscribam, aliquid tamen addam de
singulis.

Ad primum, nescit miser ille, quid ordo, quid tyran-
nis differat. sine ordine, qui est partium omnium
vel superiorum vel inferiorum secundum prius et
posterius apta dispositio. Ecclesia nunquam fuit nec
esse potest, sicut nulla societas alia ordine carere
potest. Ordinis fuit, quod in Apostolica Ecclesia
alius erat Episcopus s. quæ vox, quid est, nisi superatendens,

in Palatinatu Inspectorem vocamus, qualem singulis
habent Praefectura. Idem Presbyter laborans, vel
non laborans in verbo, alius Diaconus etc. et varios
Ministerii ordines recenset Apostolus Rom. 12. et 1. Cor. 12
Eph. 4.

Etsi autem alicubi etiam Presbyteris Episcoporum
nomen tribuat Scriptura, tamen quare, et quomodo
distinctionem fecerit Ecclesia sub uno Episcopus multi
Presbyteris praeset, non quidem imperii, sed directio-
nis potestate: Hieronymus Comment. ad Titum 1. per-
spicue exposuit, quem ordinem recte et ~~diu~~ utiliter
diu servavit Ecclesia Christi, et hodie passim Ecle-
siae Reformatae pro diversitate locorum, provin-
ciarum et hominum salubriter observant. At si
quis Papa hunc ordinem in tyrannidem convertit,
quid tum? An ut videatur tyrannus, Cyclopica ~~crux~~
Xta invocanda et extremum unum cum alio con-
mutandum erit? Primatus, inquit, dicitur verbo de
Matth. 18. Luc. 22. 25. Joh. 9. Imo non primatus sed ambi-
tio et tyrannus. Letras primus fuit Apostolorum.
Primatus vero eius confessionis erat, non honoris,
Fidei non ordinis; inquit Ambrosius l. 1. de poen. c. 6.
At in proclivi est potestatis et primatus abusus. An
vero iccirco evertenda omnis potestas? Facile abusus
cavebitur, si intra limites verbi Dei et legum Syno-
dicarum sese continebit Episcopalis potestas.
Ab hac igitur, qua altera fuit criminatio, vincula et
carceres sane abesse debent. Ecclesia n. non ligat
carere sed verbo; contra Dioscorum Alexandri-
num, qui niliute adhibito subscriptionem erroris in
Concilio Chalcedonensi Act. 1. extorquere volebat, ex-
clamabant Episcopi, ubi gladii et fustes, qualis synodus
est. Talibus quidem argumentis concilia sequentia
ferè disputarunt, donec Romana tyrannus sta-
bitur, quo universa Christianitas, leges coacti-
vas in conscientia obliquantes imposuit. Haec vero
procul à nobis facessat, quin à vobis facessat, ~~non~~
nunquam mihi dubium.

Quaeris tamen

Quæras tamen, Annon pastores de criminalibus apud
suos Seniores accusati, antequam per visitationem
veritas accusationis constet, nisi elabantur, vel sub
honestâ custodia, vel in vinculis pro ratione facti
apud suos Seniores detineri possint; quos rei comperta
veritate post depositionem Magistratui iudicandos
tradant vel relinquant? Non arbitror. Ecclesia n.
ut dixi, ligat verbo non vinculis: non ut tradat
corpura, sed ut servet animas. Potestatem, inquit
Apostolus, dedit nobis Dominus non ad destructionem,
sed ad edificationem. Incestuosum illum Corinthi
idem Apostolus non claudebatur carceri custodia, sed
jubebat tolli ex Ecclesia, nec tradebatur iudici ad sup-
plicium corporis, sed satana ad interitum carnis,
ut spiritus saluus esset in die Domini. Sufficit ei, in-
quit, unum membrum. Neque sane leges id permittunt.
Ab Comentarientem inquit Valentianus Imperator
receptorum personarum custodia, observatioq; perti-
neat. Et Justinianus neminem oportet injici cu-
stodie absq; iussione magnorum Magistratum, aut
locorum defensorum. Et Zeno. Jubeoq; nemini
penitus licere privati carceris exercere custodiam,
Rursus Valentianus Nov. de Episc. Jud. Episcopi
jurisdictionem non habent, quia nec forum, legibus
habent, nec apparitionem, nec executionem. Ecclesia
igitur si facinorosos Pastores s. presentes, absentes, s.
deponit, excludit, scandalum tollit, quantum in se est,
officium fecit. Magistratui legum vindicationem re-
linquit, quem tamen si Christianus sit, cessantem vel
ignorantem officii monere potest.

Multa pecuniaria. dispar ratio est. Indei et exigi
ea à delinquentibus potest, ex conventionione synodica.
si enim licet collectam facere, cur non etiam multas
indicare, nisi quod illa est voluntaria beneficentia,
ista legalis justitia. Habet synodus sua gravamina!
Nulla igitur pietas prohibet, quin et Apostolica. Eccl-

de ac ibiq.

l. 4. n. 6. C. de
custodia rerum.

sua more suam habeat avariam, cui collecta vel multa
inferantur, ut necessitatibus pauperum, vel alij pijs usi-
bus impendantur.

Tertia criminatio omni equitate caret. Quid enim desi-
deratur. An quod capita, in quo juratur, iniqua sunt?
Immo sunt aequissima, quae verbo Dei expresso facile
conprobantur. Verbi causa; quod solum doctrinam
Propheticam et Apostolicam docebant: quod diligentia
et vita sanctimoniam functionem suam pro viribus suis
ornabant: quod dum vixerint à Ministerio Ecclesiastico,
nisi divinitus aliqua inhabilitate impediantur, non
cessabunt, quod denique in his, quae ad Dei gloriam et Eccle-
siae conservationem faciunt, Praelatis suis in Domino
obedient; Nihil in his, quod non sit equum et necessa-
rium, nisi forte in tertio videatur addendum: inhabi-
litate aut alia causa legitima, de qua Synodus iudicabit
vel tale quid: An forte gravatur jurare in verba seni-
oris. Atque Deus et Ecclesia. iurijurandi fides pra-
statur. An fortasse, quod Synodus iurijurandum defendendi
potestatem non habet? Immo Synodus publicam authori-
tatem hinc fungitur, et si pastores non solum ordinandi
sed et vocandi mittendi ius habet, quidni etiam ad
fidelitatem obligandi? si conexa enim haec sunt: si
sive obligatio fiat solemnij iurijurando, sive ejus loco
stipulatoria promissione, quae nostrae Ecclesiae con-
sente sunt.

III. Postremum epistola caput querebat, num
recte Synodus imploraverit opem Principis adversus
Turbatorem, cum contra obligationem suam crimi-
nari, tumultuari, turbare omnia non cessaret?
Unde factum, quantum intelligo, ut mandata Prin-
cipis causa per Commissarios idoneos legitime agnita
in vincula fuerit conjectus: ex quo ipse novam con-
tra vos instituerit querelam, quod vim Ecclesiae in-
tulervit quia non conveniat Ecclesiae, Magistratus
quem implorare etiam adversus enormiter peccantes.
Ego vero

232

Ego verò non video, quid hinc peccaverit Synodus? Negotium
vobis jam erat non cum collega sed dejecto enim suo me-
rito erat ministerio. Sed cum aperto calumniatore
et hoste. cessabant igitur hinc omnes censurae Eclesi-
asticae, nec poterat, nisi coram civili iudice in eum
agere. Quamvis verò etiam Ecclesia, fas sit defensionem
ordinis et fama sua adversus atroces injurias à
Christiano Magistratu petere? Nihil Apostolus proter
officium fecit adversus Judaeorum et Festi insidia sa-
rem appellans. Est enim Magistratus Dei minister
etiam Ecclesiae bono, quippe nutritus, custos et vin-
dex ei divinitus datus. Neque est inconveniens Ecclesiae,
quod ille dicat, si Magistratum Christianum ad cohibenda
scelerata palam graevantia, aut coerendos enormiter
turbantes ordinem publicum, officii commonefaciat, pre-
sertim postquam censurae Ecclesiasticae amplius non
proficiunt. Non habet ergo miser ille, quod
queratur, nisi de sua protervia. Utinam verò
post tot offensas totque censuras ad saniorum mentem
redeat, ne penitus tandem cum Ecclesia turbatoribus
abscindatur. Vestrum erit, Fratres, vota ad Deum
pro misero fundere, si forte resipiscentiā eum
dignetur, ut ad pedes Ecclesiae sese abiciat, veniamque
consequatur, quam gratiam ei toto pectore precor.
Deus pacis in pace et veritate, nos omnes sanctifi-
cet, ut singuli unum in ipso. Amen. Heidelbergae
5. Aug. styl. Jul. ibiq.

180

D. Festo Hommio Theologo Lugdunensi D. Pareus
Salute. Si quid fructus, honorande frater, ex scri-
ptianculis meis ad vos aliosque lectores redit, id qui-
dem est, quod unice spectavi, et laborem meum non
esse inane in Domino, gaudeo. Utinam verò
Ecclesia vacare possit hinc, existis scriptis, et
liceret nobis veritatem et pacem colere cum omnibus,